



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 5. Petrus Charlotus Episcopus Noviodunensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

stulavit: sed clausa erat, & Consul ac Sæcul. XIII.
ministri Regii superbe rejectum injuriis A.C. 1243.
onerabant. Eodem modo ad singulas
portas accessit; & singulis exclusus, ur-
be cum templo Cathedrali aliisque omni-
bus interdicto affectis, e monachis illos,
qui partes ipsius deferuerant, anathema-
te percultit.

§. V.

Petrus *Charlotus Episcopus Novio-* *dunensis.*

Per triennium S. Ludovicus instabat, ut *Gall. Chr.*
cognati sui Petri Charloti electio ad ^{to. 3. ep. 8. 9.}
Episcopatum Noviodunensem approba- *Du Tillet.*
retur. Is erat filius illegitimus Regis Phi-
lippi Augusti, atque ut beneficia obtine-
re posset, Patris sui rogatu a Papa Hono-
rio III. ingenuis adscriptus, & cum quin-
decim annorum esset, Turonibus ad
S. Martinum thesauro præfectus fuit, ut
Poëta Guilielmus Brito præceptor ejus
testatur. Nicolao Raugensi Episcopo *Duchesne*
Noviodunensi mortuo, quod 13. Februa- ^{to. 5. p. 256.}
rii 1240, factum, Petrus Charlotus suc- *Alberci.*
cessit assentiente Archiepiscopo Remensi: ^{1240.}
& quia tantum Hypodiaconus Ecclesiæ
Romanæ erat, a Legato Jacobo Episco-
po Prænestino in Diaconum consecratus
est. Verum Papa Gregorius afferebat,
Petrum ob sui traductionem inter inge-
nuos

Sæcul. XIII. nuos potuisse solum dignitates minores
A.C. 1243. fuscipere, non Episcopatum, cuius ex-
pressa mentio in facta legis gratia fieri
XIV. ep. 115 debuisset. Itaque per litteras 5 Jul. 1240.
ap. Rain. ad Archiepiscopum Remensem datas &
1240. n. 30. electionem & approbationem declara-
 vit nullam: Legatum quoque reprehendit, quod Petro Diaconatum contulerit.
 Gregorius tunc in S. Ludovicum haud
 satis æquo erat animo, quia eum ad bel-
 lum Imperatori inferendum permovere
1. ep. 254. 262 haud potuerat. Sed Innocentius tracta-
Rain. n. 31. bilior in S. Ludovici gratiam an. 1243.
 electionem Petri ratam habuit, qui se-
 dem Noviodunensem sex annis tenuit.

§. VI.

Errores condemnantur.

Matth. Par. Eodem anno 1243. post diem festum
p. 541. S. Michaëlis inchoatis rursum exmo-
 re studiis damnati sunt multi errores, quos
 Theologiæ Professores docuerant, ii præ-
 cipue, qui inter Fratres Prædicatores
 Minoresque eminebant, & curiositatæ
 que ac subtilitati suarum inquisitionum
 nimis indulserant. Huic malo medicina
 ut fieret, congregati Præfules authorita-
 ti sacri Codicis insistentes condemnarunt
 decem puncta sequentia. 1. Essentia
 divina non videtur in se vel ab homine
 glorificato, vel ab Angelo. 2. Quamvis
 essentia